



PAENITENTIARIA APOSTOLICA

70/89/I

B E A T I S S I M E P A T E R ,

Ismael Marius CASTELLANO, O.P., Archiepiscopus Senensis-Collensis-Tilcinen-sis, grato erga Deum animo perpendens spiritalia bona, quae sodalibus consocia-tionis appellatae "Milizia del Tempio" obvenerunt ex dono Indulgentiae a Sancti-tate Tua illis oblate Rescripto Paenitentiariæ Apostolicae diei 16 iunii 1987, et simul considerans canonice definitam esse suo decreto diei 8 septembribus 1988 eiusdem consociationis rationem, humiliter implorat ut donum illud in per-petuum prorogetur.

Et Deus, etc.

Die 13 septembribus 1989

PAENITENTIARIA APOSTOLICA, de mandato Summi Pontificis, libenter concedit plenariam Indulgentiam acquirendam, suetis conditionibus (sacramentalis confes-sionis, eucharisticæ communionis et orationis ad mentem Summi Pontificis) rite adimpletis, a praefatae Consociationis sodalibus, qui emiserint vel renovave-rent, saltem privatim, promissionem fideliter servandi propria statuta: diebus inscriptionis in Consociationem, perpetuae Professionis necnon eiusdem Profes-sionis anniversariis, et liturgicarum celebrationum S. Ioannis Apostoli et Evan-gelistiae et S. Georgii Martyris, peculiarium Associationis Patronorum.

Praesenti in PERPETIUUM valituro absque ulla litterarum Apostolicarum expedi-tione in forma brevi.

Contrariis quibuslibet minime obstantibus.

J. Joannes Vella
of.

Sacerdos Alvarius De Magistris
Regens